



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

XVII. Ad Hieronymum Augustinus Domino charissimo. Audivi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37862**

Dabo tamen consilium quibus absconditis, possis pulchrior apparere. Nasus non videatur in facie, sermo non sonet ad loquendum, atque ita & formosus, & disertus videri poteris.

XVII *Augustinus Episcopus Hieronymo presbytero, agens cum illo amanter, & suspicionem contra se natam de libro contra Hieronymum scripto diluens.*

**D**omino charissimo, & desideratissimo, & honorando in Christo fratri, & compresbytero Hieronymo Augustinus in Domino salutem. Audivi pervenisse in manus tuas literas meas: sed quod adhuc rescripta non merui, nequaquam impulerim dilectioni tuæ: aliquid proculdubio impedimenti fuit. Unde agnosco Dominum à me potius deprecandum, ut tuæ voluntati det facultatem mittendi, quod rescriberis. Nam rescribendi jam dedit, quia cum volueris, facillimè poteris. Etiam hoc ad me sanè perlatum est, quod utrum quidem crederem, dubitavi: sed hinc quoque tibi aliquid utrum scriberem, dubitare non debui. Hoc autem breve est suggestum esse charitati tuæ, à nescio quibus fratribus mihi dictum est, quod librum adversus te scripserim, Romamque miserim. Hoc factum esse noveris: Dominum meum Jesum testor, hoc me non fecisse: sed si forte aliqua in aliquibus scriptis meis reperiuntur, in quibus aliter aliquid, quàm tu, sensisse reperior, non contra te dictum, sed quid mihi videbatur, à me scriptum esse, puto te debere cognoscere: aut si cognosci nò potest, credere debere. Ita hoc sanè dixerim, ut ego nò tantum paratus sim, si quid te in meis scriptis moverit, fraternè accipere, quid contra setias aut de correctione mea, aut de ipsa bene

volentia tua gavifurus: verum etiam hoc à te potest  
tulem & flagitem. O si licuisset, et si non cohabitante,  
salem vicino te in Domino perfrui ad erubrum & dulce colloquium. Sed quia id non est datum,  
peto, ut hoc ipsum, quod in Domino quam possimus, simul simus,  
conseruari studeas & augeri ac perfici, & rescripta quamvis  
rara non spernere. Saluta obsequio meo sanctum fratrem Paulinianum & omnes fratres,  
qui tecum ac de te in Domino gloriantur. Memor nostri exaudiaris  
Domino in omni sancto desiderio tuo, domine charissime & desideratissime,  
& honorande in Christo frater.

XVIII. Hieronimus Augustino Episcopo Hippo-  
nensi. Responsoria s. approbans factam purgationem,  
& admonens ne contra se quicquam  
Augustinus facile  
scribat.

**D**omino verè sancto & beatissimo papæ Augustino Hieronymus in Domino salutem. In ipso profectio-  
nis articulo sancti filij nostri, Asterij hypodiaconi, necessarii mei, beatitudinis tuæ ad me literæ supervenerunt,  
quibus satisfacis, te contra parvitatem meam librum Romam non misisse.  
Hoc nec ego factum audieram: sed epistolæ cuiusdam quasi ad me scriptæ per fratrem nostrum  
Sifinnium diaconum huc exemplaria pervenerunt: in qua hortaris me, ut *καλιωδῶν* super  
quodam Apostoli capitulo canam: & imiter Stesichorum, inter vituperationes & laudes  
Helenæ Augustantem: ut qui detrahendo oculos per-  
diderit.